

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Andreae Alciati Emblemata**

**Alciati, Andrea**

**Patavii, 1661**

Amicitia etiam post mortem durans. Emblema CLX.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

Amicitia etiam post mortem durans.

EMBLEMA CLX.



**A**RENTEM senio, nudam quoque frondibus ulmum  
 Complexa est viridi vitis opaca coma:  
 Agnoscitq; vices natura, & grata parenti  
 Officij reddit mutua iura suo  
 Exemploq; monet, tales nos querere amicos,  
 Quos neque disiungat federe summa dies.

## COMMENTARIUM.

**M** **V**LMVM antiquam & aridam vitis  
 vicina ramis suis, pampinis & botris  
 sarsum rependo vestit. Ulmus arbor & vi-  
 tis notiores sunt, quam ut longiore descri-  
 ptione egeant.

**II.** ID ē Græco Antipatri Epigrammate  
 transtulit, cuius carmen est eiusmodi lib.  
 I. Antholog. eis ἀνταπόδοσιν.  
 ἄσπυ με πλατάνισον ἱερπύζισσα κα-  
 λύπτει

ἀμπελος, ὀθνεῖν δ' ἀμφ' ἄθνη καὶ ὄμα-  
 ἢ πρὶν ἰμοῖς θαλίθεσιν ἐν ἐρπύζισσ' ὄρο-  
 δάμοις  
 βότρυας, ἢ ταύτης ἢ ἀπετηλοτέρε-  
 τοῖν μίντοι ἔπειτα τιθηνεῖω θωτὶς ἢ  
 ταίρην,  
 ἢ τις ἀμείψαυθαι καὶ ἱέκον ὀδοῦ μόνον.  
 hoc est:

Aridam me platanum irrepens regie  
 Vitis, externa autē circūirefcens comas  
 quæ

Quae prius meis virentibus alens ramis  
Racemos, hac ipsa eram non minus  
frondosa.

Talem quidem certe posthac constituat  
[sibi] quisq; amicam,

Quae rependere mortuo norit sola:  
Me siccam platantum irrepens circumdat  
alumno

Vitis, ut externa floruit aucta coma;  
Quando meis ramis teneras circumdabat  
vivas,

Tunc frondosa illa non minus arbor erã.  
Talem quisq; sibi & propriam conquirat  
amicam,

Cui neq; morte viri sit peritura fides.  
Sic verò vertebat Sanctius:

Me platantum siccam folijs & palmitè ob-  
umbrat

Vitis, & externa contegor ipsa coma:  
Illa meos ramos crevit complexa virentes,  
Illius at ramos vsq; putabo meos.

Hanc sociam vita quarat sibi quisq; vi-  
cissim,

Qua ser in fato reddere docta vices.  
In hunc ferè modũ Ouidius lib. 2, Trist.

Vidi ego pampineis ornata vitibus vlmum,  
Qua fuerat sauo fulmine tacta Iouis.

Sed quia epigramma Græcum Antipatri  
de amica loquitur, quam nos uxorem pos-  
sumus intelligere, lubens hic adiungi ve-  
lim M. nandi sententiam, qua ubi matrimo-  
nii in eodem enumeravit, commoda  
etiam subiungit, sed iis maxime verbis:

Αἴτιον γούνη: συμπαρίμενεν, ἀπεχάσθη  
τα τε

ἔδελε, ἀεπίσει δὲ οἱ κείως.  
Huic r. bus etiam comes in adversis manet,

Eundemq; fato funeris curam gerit.

III.

ARENTEM senio senectute arefcentè,  
vetustate aridant.

Nudam quoq; frondibus] exutam folijs,  
suis viduatam comis.

Vlmus a-  
mica vi-  
ti.

Vlmus] Vlmus arbor est vitibus plu-  
rimum gaudens, densa, dura, procera, de  
qua Plinius lib. 16. Virg. lib. 6. Æneid.

In medio ramos annosq; brachia pandit  
Vlmus opaca, ingens.

Idem in Bucolic.  
Nec gemere acrea cessabit turtur ab vlmò.  
Et alibi:

Semiputata tibi frondosa vitis in vlmò est.  
Et Statius lib. 6. Thebaid.

--- nec inhospita vitibus vlmus.  
Ovidius 2, Amor. eleg. 16.

Vlmus amat vites; vitis non deserit vlmũ:  
Sepavor à domina cur ego sapa mea?

Sic quoq; Petronius Arbitr:  
Parvula securo tegitur mihi culmine se-  
des,

Vnaque plena vero fecunda pendet ab  
vlmo.

Calphurn.  
Inter pampineas ponetur vitibus vlmos.

Pontanus:  
Tecum inter salices, sub amicta vitibus  
vlmo-

Complexa est viridi] Vt vulnus amica  
viti est, sic vitis vlmo non est ingrata, quã  
frequentissimè luxuriantibus frondibus  
& pampinis secundis ambit, vestit, & am-  
plectitur. Vlmis autem adiungi vites fuif-  
se in more positum, vt etiam hodie in Ita-  
lia, notius est quam vt confirmare neces-  
se habeam. Horatius:

Et vitem viduas ducit ad arbores.

Idem:  
--- adulta vitium propagine  
Atlas maritat populos.

Claudianus 2. de raptu Proserp.  
--- hic pampinus induit vlmos;

Quid. 3. de Ponto, Eleg. 8.  
Non sic pampineis amicitur vitibus vl-  
mus,

Nulla premunt ramos pondera pomæ  
suos.

Idem lib. 10, Metamorph.  
Pampinea vites, & amicta vitibus vlmũ!

Pontanus:  
--- Flexaq; sub vlmis  
Pendula textilibus nectunt umbracula  
vites.

Hæc vlmũ & vitis amicitia poetis occasio-  
nem dedit, vt sæpe eius in amoribus men-  
tionem faciant. Ovidius epist. Oenones: *ingatio*  
Non sic appostis vincitur vitibus vlmus, amoris se-  
Vt tua sint collo brachia vincita meo. *militu*

Martialis de nuptijs Pudentis & Clau-  
dia, lib. 4.

Nec melius teneris iunguntur vitibus vl-  
mi.

Catullus in nuptijs Iulie & Manlii:  
Lenta quin velut assitas  
Vitis implicat arbores,  
Implicabitur in tuam  
Complexum. &c.

Porro aduerte, an huc traduci possint e-  
iusdem Catulli versus hi quodam Epi-  
thalamio:

Vv 3 Vv

*Ve vidua in nudo viris qua nascitur aruo,  
Numquam se extollit, numquam micem e-  
ducat unam.*

*Hanc nulli agricola, nulli accollere iu-  
uenci:*

*At si forte eadem est vltimo coniuncta ma-  
rito.*

*Multi illam agricola, multi accollere iu-  
uenci.*

Coma] folijs, pampinis: nam per meta-  
phoram coma de arboribus, fruticibus,  
arundinibus, atq; etiam herbis frequenter  
dicitur. Hinc Catullus dixit, Siluam com-  
matam.

*Agnoscit q; vices natura.*] quæ nimi-  
rum mutantur in horas, vt è puero iuue-  
nis, è iuvene vir, è viro senex citissime  
fiat, immutabili naturæ communis lege.

*Grata parenti*] vltimo, à qua tanquam  
parente sustentata est, & incrementum  
sumpsit.

*Exemploq; monet, &c.*] Sententia Em-  
blematis, cui stipulatur illud Hebraei Pa-  
ræmiastæ Prouerb. cap. 17. Omni tempo-  
re diligit, qui amicus est. Nec eum pro ve-  
rò amore censemus, qui mortalis huius  
vitæ terminis concluditur, siquidem ad  
mentem sapientum amoris vim æstima-  
mus. Inquit enim D. Hieronymus: Amicitia,  
quæ desinere potuit, nunquam vera  
fuit. Cui consentit Euripides Troadibus,  
cùm ait:

*Ἄριστος ἱπασθῆς, ὅστις ἂν εἴη φίλος.*

*Non est amator, qui non semper amat.*

Deniq; hoc etiam vulgo dici solitum. Amicitias immortales esse debere.

## IV:

VITE hæc vltimum vigore suo iam  
definitam comprehendente ac sustinente  
(à qua nimirum ipsa prius, cùm tenera es-  
set, & quasi pubescens, incrementi occasio-  
nem materiamq; sumpsit) significatur  
amicos nobis esse diligendos, qui nec tem-  
porū diuturnitate, nec locorum distantia,  
sed ne quidem post mortem amate desi-  
stant. Illudq; est quod Phocion dixit, vt  
refert Stobæus, *Ἡ τὴν δὴ καὶ ἄνδρα καὶ  
τὴν καὶ φίλους τοὺς κατὰ τὴν ἀπαλλαγὴν  
τῆς ζωῆς παραμύθηστας.* *Comptan-  
dos esse liberos & maritum & amicos, qui  
ad mortem vsq; constantes sint.* Respicit Em-  
blematis argumentum hoc Ovidianum 2.  
de Remedio:

*Semper habes Pyladem aliquem qui curat  
Orestem,*

*Hic quoq; amicitia non leuis usus erit.*  
Cicero pro Sestio: Ademir Albino fœceri  
nomen mors filix, sed charitatem illius  
necessitudinis & beneuolentiæ non ade-  
mit. Virgilius in obitu Mecenatis:

*Et decet, & ceres vincti tibi semper amicus,  
Nec tibi qui moritur, desinit esse tuus.*

*Ipse ego quicquid ero, cineres intorque fa-  
uillas,*

*Tunc quoque non potero non memor esse  
tui.*

Verus enim amicus dimidium est animæ  
nostræ, vt Virgilius vocat Horatius, di-  
midium animæ suæ. Quod sic explicat  
Augustinus: Bene quidam dixit de amico  
suo, Dimidium animæ suæ. Nam ego sen-  
si, animam meam & animam amici mei v-  
nam fuisse animā in duobus corporibus,  
propter vim scilicet amoris. Et ideo illo  
mortuo, horrori mihi erat vita, quia nole-  
bam viuere diutius; sed ideo fortè mori  
metuebam, ne totus ille moreretur.

*Non vinit quiuis fido priuatur amico:*

*Dimidium siquidem perdidit ille sui.*

Sic verè dicitur, Anima est non vbi ani-  
mat, sed vbi amat. Non enim præsent or-  
est spiritus noster vbi animat, quam vbi a-  
mat: nisi fortè magis putetur esse vbi vin-  
ctus ex necessitate tenetur, quam quò  
sponte & alacri fertur voluntate. Sed sin-  
cera hæc amicitie fides præcipuè in rebus  
aduersis cognoscitur, teste Valerio Maxi-  
mo: eumq; præclarum amicū dicit Plau-  
tus Epidico, qui in re dubia re iuuat, vbi  
re opus est. Simile est illud Enai: *Amicus  
certus in re incerta cernitur:* Vt enim nau-  
tis serenitas gratior in tempestate adue-  
nit, sic amico afflicto amicus. Verum ex-  
ulcerato hoc nostro sæculo non solum ni-  
hil horum in amicitia ita illustre & ma-  
gnificum viderur; imò quod nobis Chri-  
stianis summè deplorandum, odia, diffi-  
dia, similitates, & inimicitie perpetuæ sūt,  
amicitiæ autem profus vtilitatibus & cō-  
modis propriis circumscriptæ iacent, ad-  
eo vt nihil dubitem cum Socrate exclam-  
are. *Φίλοι, ἔδειξτε φίλος* inuicem veram a-  
micitiā semel interuisse inter mortales.

Vulgates, temporanei, & ollares amici  
plurimi sunt: qui alter idem sit, amicum  
vt se ipsum diligēs, eiq; præsto sit in vtra-  
que fortuna, talis, inquam, amicus diu que-  
ratur, rarò inuenitur, difficulter seruatur.  
Exquiramus, si lubet, & percurramus to-  
tam

*Amicus  
dimidiū  
anima.*

*Amicitia  
in aduer-  
sis cerni-  
tur.*

*Vere a-  
mās sem-  
pre amat.*

*Amici  
qui deli-  
gendi.*

Octo tantum paria amicorum.

tam profanam historiam, octo tantum paria verorum amicorum deprehendemus: Pyladem & Orestem, Nisum & Euryalum, Patroclum & Achillem, Theseum & Pirithoum, Castorem & Pollucem, Tydeum & Polynicem, Scipionem & Laelium, Damonem, & Pythiam. Lucianus recitat alia decem paria amicorum, quinque nimirum Graeca, & quinque Scythica. Historiae ibidem requirantur lectu dignissime. His nihil dubito annumerare equitem quaedam

De equite quodam Garfia Regis Navarraensis.

Garfia Regis Navarraensis, de quo ita Fulgosus lib. 4. Cui in Hispania inter se bello decertaret Ferdinandus Legionensis & Garfia Navarraensis reges, Garfia quod superbus audaxque nimium seu regni sui proceres habebat, in magno eorum odio versabatur: idque cum animadverteret venus milium eius, qui puerum Garfiam aluerat, arbitratus si praelium committeretur, Garfiam a suis desertum iri, ut qui ex fide eum ei iugeret, re detecta, quam intellexerat, Garfia iuravit ut praelio abstineret. Verum Garfia immodici spiritus amicorum & inimicorum contempitor, decertare praelio cum hoste decrevit. Quam rem suspicatus is, qui, ut dictum est, contra suaserat, in haec verba prorupit: Quantum aduere postum, tibi statutum est: video ut omnino moriaris; cui rei posteaquam aliud afferre opis nequeo, id saltem emtar, ne te vel mortuum, vel victum videam. Itaque galeam atque thoracem exutus, ac solo gladio hastaque armatus in hostium aciem ingreditur animo irrupit. Vbi ipse haud multo post caesus, & Garfia a suis, ut ipse monuerat, desertus fuit. Vide plura de vera amicitia apud Val. Maxim. lib. 4. Plurimum de multorum amicitia, Ciceronem passim, & alios. Nec male quadrabit hoc Emblemata in amorem conjugalem, viti enim hic signat uxorem Philanitā, mariti studiosam, qualem descripsit Flaccus 2. Carm. Ode 5. Vnum verò cum vice maritalitatem amoribus convenire supra annuimus. Alioqui apud Davidem regium vatem Psal. 127. uxor viti secundae comparatur: Uxor tua sicut viti abundans. Huius amoris est quidam apud Propertium

Viti quod hoc loco.

Emblemata in amorem conjugalem, viti enim hic signat uxorem Philanitā, mariti studiosam, qualem descripsit Flaccus 2. Carm. Ode 5. Vnum verò cum vice maritalitatem amoribus convenire supra annuimus. Alioqui apud Davidem regium vatem Psal. 127. uxor viti secundae comparatur: Uxor tua sicut viti abundans. Huius amoris est quidam apud Propertium

Amor conjugalis.

character lib. 2. his verbis:

Terra prius falso partu deludet avantes.  
Et citius magnos Sol agitabit equos:  
Qua possim nostros alio transferre calores:  
Huius ero vinus, mortuus huius ero.  
Ovidius 3. de Ponto ad coniugem:  
Cumq; ego deficiam, nec possim ducere currum,  
Fac tu sustineas debile sola iugum.  
Ad medicum specto venis fugientibus ager,  
Ultima pars vita dum mihi restat, ades.  
Virgiliana Dido 4. Aeneid de suo loquens  
Sichaeo:  
Ille meos, primus qui me sibi iunxit, amores.  
Abstulit, ipse habeat secum seruetq; sepulchro.

Elegantior quoque Lyricus Venusinus:  
Felsces ter & amplius  
Quae irrupta manet copula, nec malis  
Anulus querimonij  
Suprema citius soluet amor die.

Huc non incommode referri potest historia de femina Smyrnea, sicut a Sabellico refertur lib. 9. decad. 3. de reb. Venetis. Smyrnea cum enim Smyrna, olim Ioniae nobilissima urbs, a Venetis capta esset, ferunt (ut ait) feminam florenti aetate, cum ad naues captiva abduceretur, mariti sepulchro, in quod forte incidere, procubuisse, ac flebili lamentatione illud complexam dulcissimum mariti nomen saepius vocasse. En, inquit, coniux dilectissime, extremus patriae calus efficit, ut me, quam nullus amor, nulla vis unquam quod minus tua fuerim, semperque futura essem, vertere potuit, crudelissimi hostis manus in perpetuam captiuitatem abducatur. Separor infelix a tuo conspectu, nec dulcem patriam, nec monumentum hoc dulcissimum amplius visura. Has ego supremas lacrymas tuis misceo cineribus, his inferis tuos manes supremum ciebo. Sed quid ita? moriar potius, quam suauissimo hoc complexu diuellar. Atque ita sepulchro haerens cum neque minis, neque alia vi facile diuelli posset, a temerario milite gladio traiecta, hac re sola felix, quo voluit loco, relicta est. Sed de amore coniugali alibi.

Amor femina  
Smyrnea  
in coniu-  
gem de-  
mortuam.

